

Les 11 Livius: geschiedschrijving met een moraal

1 Horatius een held?

Horatius doodt zijn zus

Princeps Horatius ibat trigemina spolia p[re]se gerens; cui soror virgo,

quae desponsa uni ex Curiatiis fuerat, obvia ante portam Capenam fuit;

cognitoque super umeros fratris paludamento sponsi, quod ipsa confecerat,

solvit crines et flebiliter nomine sponsum mortuum appellat. Movet feroci

5 iuveni animum comploratio sororis in victoria sua tantoque gaudio publico.

Stricto itaque gladio simul verbis increpans transfigit puellam. ‘Abi hinc cum

immaturo amore ad sponsum’ inquit, ‘oblita fratrum mortuorum vivique,

oblita patriae. Sic eat, quaecumque Romana lugebit hostem.’

Atrox visum id facinus patribus plebique, sed recens meritum facto obstabat.

10 Tamen raptus in ius ad regem.

Het bewogen pleidooi van de vader

Moti homines sunt in eo iudicio maxime P. Horatio patre proclaimante se
filiam iure caesam iudicare; ni ita esset, patrio iure in filium animadversurum
fuisse. Orabat deinde, ne se, quem paulo ante cum egregia stirpe
conspexissent, orbum liberis facerent. Inter haec senex iuvenem amplexus,
15 spolia Curiatorum fixa eo loco, qui nunc 'pila Horatia' appellatur, ostentans
'Huncine' aiebat, 'quem modo decoratum ovantemque victoria incidentem
vidistis, Quirites, eum sub furca vinctum inter verbera et cruciatus videre
potestis? Quod vix Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent.
I, lictor, colliga manus, quae paulo ante armatae imperium populo Romano
20 pepererunt. I, caput obnube liberatoris urbis huius; arbore infelici suspende;
verbera vel intra pomerium, modo inter illa pila et spolia hostium, vel extra
pomerium, modo inter sepulcra Curiatorum. Quo enim ducere hunc
iuvenem potestis, ubi non sua decora eum a tanta foeditate supplicii
vindicent?'

25 Non tulit populus nec patris lacrimas nec ipsius parem in omni periculo

animum, absolveruntque admiratione magis virtutis quam iure causae.

1.26.2-5;9-12



2 Het meisje Virginia

Virginia's vader doet een beroep op Appius Claudius

Primo stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit; silentium inde
aliquamdiu tenuit. Dein, cum M. Claudius circumstantibus matronis iret
ad prendendam virginem lamentabilisque eum mulierum comploratio
excepisset, Verginius intentans in Appium manus 'Icilio' inquit, 'Appi, non
5 tibi filiam despondi et ad nuptias, non ad stuprum educavi. Placet pecudum
ferarumque ritu promiscue in concubitus ruere? Passurine haec isti sint,
nescio; non spero esse passuros illos, qui arma habent.' Cum repelleretur
assertor virginis a globo mulierum circumstantiumque advotorum,
silentium factum per praeconem.

Verginius beschermt zijn dochter

10 Cum haec intonisset plenus irae, multitudo ipsa se sua sponte dimovit,
desertaque praeda iniuriae puella stabat. Tum Verginius, ubi nihil usquam

auxilii vidi, ‘Quaesum’ inquit, ‘Appi, primum ignosce patrio dolori, si quo
inclementius in te sum in vectus; deinde sinas hic coram virgine nutricem
percontari, quid hoc rei sit, ut, si falso pater dictus sum, aequiore hinc animo
15 discedam.’ Data venia seducit filiam ac nutricem prope Cloacinae ad tabernas,
quibus nunc Novis est nomen, atque ibi ab Ianio cultro arrepto: ‘Hoc te uno,
quo possum’ ait ‘modo, filia, in libertatem vindico.’ Pectus deinde puellae
transfigit respectansque ad tribunal ‘Te’ inquit, ‘Appi, tuumque caput
sanguine hoc consecro.’

20 Clamore ad tam atrox facinus orto excitus Appius comprehendi Verginium
iubet. Ille ferro, quacumque ibat, viam facere, donec multitudine etiam
prosequentium tuente ad portam perrexit. 3.47.6-8; 48.3-6



3 Het vonnis van Manlius Torquatus

Spoliisque lectis ad suos revectus, cum ovante gaudio turma in castra atque

inde ad praetorium ad patrem tendit, ignarus fati futurique, laus an poena

merita esset. ‘Ut me omnes,’ inquit ‘pater, tuo sanguine ortum vere ferrent,

provocatus equestria haec spolia capta ex hoste caeso porto.’

5 Quod ubi audivit consul, extemplo filium aversatus, contionem classico

advocari iussit. Quae ubi frequens convenit: ‘Quandoque,’ inquit, ‘tu, T.

Manli, neque imperium consulaire neque maiestatem patriam veritus,

adversus edictum nostrum extra ordinem in hostem pugnasti, et, quantum

in te fuit, disciplinam militarem, qua stetit ad hanc diem Romana res,

10 solvisti, meque in eam necessitatem adduxisti, ut aut rei publicae mihi, aut

mei meorumque obliviscendum sit, nos potius nostro delicto plectemur,

quam res publica tanto suo damno nostra peccata luat. Triste exemplum

sed in posterum salubre iuventuti erimus. Me quidem cum ingenita caritas

liberum, tum specimen istud virtutis, deceptum vana imagine decoris,

15 in te movet: sed, cum aut morte tua sancienda sint consulum imperia aut
impunitate in perpetuum abroganda, ne te quidem, si quid in te nostri
sanguinis est, recusare censem, quin disciplinam militarem, culpa tua
prolapsam, poena restituas. I, lictor, deliga ad palum.' 8.7.12-19



4 Energiek optreden van Scipio

Audendum atque agendum, non consultandum ait in tanto malo esse; irent
secum extemplo armati, qui rem publicam salvam vellent; nulla verius, quam
ubi ea cogitentur, hostium castra esse.

Pergit ire sequentibus paucis in hospitium Metelli et, cum concilium
5 ibi iuvenum, de quibus allatum erat, invenisset, stricto super capita
consultantium gladio ‘Ex mei animi sententia,’ inquit ‘ut ego rem publicam
populi Romani non deseram neque alium civem Romanum deserere patiar; si
sciens fallo, tum me Iuppiter optimus maximus, domum, familiam remque
meam pessimo leto afficiat. In haec verba, M. Caecili, iures postulo ceterique,
10 qui adestis; qui non iuraverit, in se hunc gladium strictum esse sciatur.’ Haud
secus pavidi, quam si victorem Hannibalem cernerent, iurant omnes
custodiendosque semet ipsos Scipioni tradunt. 22.53.7-13

5 Het volk kiest de jonge Scipio


Maesta itaque civitas, prope inops consilii, comitiorum die tamen in campum
descendit; atque in magistratus versi circumspectant ora principum aliorum
alios intuentium fremuntque adeo perditas res desperatumque de re publica
esse, ut nemo audeat in Hispaniam imperium accipere, cum subito P.

- 5 Cornelius, P. Cornelii, qui in Hispania ceciderat, filius, quattuor et viginti
ferme annos natus, professus se petere in superiore, unde conspici posset, loco
constitit. In quem postquam omnium ora conversa sunt, clamore ac favore
ominati exemplo sunt felix faustumque imperium. Iussi deinde inire
suffragium ad unum omnes non centuriae modo, sed etiam homines P.

10 Scipioni imperium esse in Hispania iusserunt.

Ceterum post rem actam, ut iam resederat impetus animorum ardorque,
silentium subito ortum et tacita cogitatio, quidnam egissent. Nonne favor
plus valuisset quam ratio? Aetatis maxime paenitebat; quidam fortunam
etiam domus horrebant nomenque ex funestis duabus familiis in eas

15 provincias, ubi inter sepulcra patris patruique res gerendae essent,
proficiscentis. 26.18.6-11



6 Hannibal verlaat Italië

Frendens gemensque ac vix lacrimis temperans dicitur legatorum verba
audisse. Postquam edita sunt mandata, ‘Iam non perplexe’ inquit, ‘sed palam
revocant, qui vetando supplementum et pecuniam mitti iam pridem
retrahebant. Vicit ergo Hannibalem non populus Romanus totiens caesus
5 fugatusque, sed senatus Carthaginiensis obtrectatione atque invidia; neque
hac deformitate reditus mei tam P. Scipio exultabit atque efferet sese quam
Hanno, qui domum nostram, quando alia re non potuit, ruina Carthaginis
oppressit.’

Iam hoc ipsum praesagiens animo praeparaverat ante naves. Itaque inutili
10 militum turba praesidii specie in oppida Bruttii agri, quae pauca metu magis
quam fide continebantur, dimissa, quod roboris in exercitu erat, in Africam
transvexit, multis Italici generis, quia in Africam secuturos abnuentes
concesserant in Iunonis Laciniae delubrum inviolatum ad eam diem, in
templo ipso foede interfectis.

15 Raro quemquam alium patriam exsilio causa relinquenter tam maestum

abisse ferunt quam Hannibalem hostium terra excedentem; respexisse saepe

Italiae litora et deos hominesque accusantem in se quoque ac suum ipsius

caput exsecratum, quod non cruentum ab Cannensi victoria militem Romam

duxisset; Scipionem ire ad Carthaginem ausum, qui consul hostem Poenum

20 in Italia non vidisset: se, centum milibus armatorum ad Trasumennum, ad

Cannas caesis, circa Casilinum Cumasque et Nolam consenuisse. Haec

accusans querensque ex diutina possessione Italiae est detractus. 30.20.1-9



7 Hannibal smeekt Scipio om vrede

'Si hoc ita fato datum erat, ut, qui primus bellum intuli populo Romano

quique totiens prope in manibus victoriam habui, is ultiro ad pacem

petendam venirem, laetor te mihi sorte potissimum datum, a quo peterem.

Tibi quoque inter multa egregia non in ultimis laudum hoc fuerit, Hannibalem,

5 cui de tot Romanis ducibus victoriam di dedissent, tibi cessisse teque

huic bello, vestris plus quam nostris cladibus insigni, finem imposuisse. Hoc

quoque ludibrium casus ediderit fortuna, ut, cum patre tuo consule ceperim

arma, cum eodem primum Romano imperatore signa contulerim, ad filium

eijs inermis ad pacem petendam veniam. (...)

10 Quod ego fui ad Trasumenum, ad Cannas, id tu hodie es. Vixdum militari

aestate imperio accepto, omnia audacissime incipientem nusquam fefellit

fortuna. Patris et patrui persecutus mortem ex calamitate vestrae domus

decus insigne virtutis pietatisque eximiae cepisti; amissas Hispanias

recuperasti quattuor inde Punicis exercitibus pulsis; consul creatus, cum

15 ceteris ad tutandam Italiam parum animi esset, transgressus in Africam,
duobus hic exercitibus caesis, binis eadem hora captis simul incensisque
castris, Syphace potentissimo rege capto, tot urbibus regni eius, tot nostri
imperii ereptis, me sextum decimum iam annum haerentem in possessione
Italiae detraxisti. Potest victoriam malle quam pacem animus.' 30.30. 3-6; 12-15




Verdieping 3 Het optreden van Hannibal in de Syrische oorlog

Wie is de beste generaal?

Quaerenti Africano, quem fuisse maximum imperatorem Hannibal
crederet, respondisse ‘Alexandrum Macedonum regem, quod parva manu
innumerabiles exercitus fudisset quodque ultimas oras, quas visere supra
spem humanam esset, peragrasset’. Quaerenti deinde, quem secundum
5 poneret, ‘Pyrrhum’ dixisse; ‘castra metari primum docuisse; ad hoc neminem
elegantius loca cepisse, praesidia disposuisse; artem etiam conciliandi
sibi homines eam habuisse, ut Italicae gentes regis externi quam populi
Romani, tam diu principis in ea terra, imperium esse mallent’. Exsequenti,
quem tertium duceret, haud dubie ‘semet ipsum’ dixisse. Tum risum
10 obortum Scipioni et subiecisse ‘Quidnam tu dices, si me vicisses?’ ‘Tum
vero me’ inquit ‘et ante Alexandrum et ante Pyrrhum et ante alios omnes
imperatores esse.’ Et perplexum Punico astu responsum et improvisum
adsentationis genus Scipionem movisse, quod e grege se imperatorum velut

inaestimabilem secrevisset. 35.14.6-12



Hannibal herwint het vertrouwen

'Pater Hamilcar' inquit, 'Antioche, parvum admodum me, cum sacrificaret,

altaribus admotum iure iurando adegit numquam amicum fore populi

Romani. Sub hoc sacramento sex et triginta annos militavi, hoc me in pace

patria mea expulit, hoc patria extorrem in tuam regiam adduxit: hoc duce,

5 si tu spem meam destitueris, ubicumque vires, ubi arma esse sciam, veniam

toto orbe terrarum quaerens aliquos Romanis hostes. Itaque si quibus

tuorum meis criminibus apud te crescere libet, aliam materiam crescendi

ex me quaerant. Odi odioque sum Romanis. Id me verum dicere pater

Hamilcar et di testes sunt. Proinde cum de bello Romano cogitabis, inter

10 primos amicos Hannibalem habeto: si qua res te ad pacem compellet, in id

consilium alium, cum quo deliberes, quaerito.' Non movit modo talis oratio

regem, sed etiam reconciliavit Hannibali. Ex consilio ita discessum est, ut

bellum gereretur. 35.19.3-7

8 Het einde van Hannibal

Semper talem exitum vitae suae Hannibal prospexerat animo, et
Romanorum inexpiable odium in se cernens et fidei regum nihil sane
confisus. Prusiae vero levitatem etiam expertus erat; Flaminini quoque
adventum velut fatalem sibi horruerat. Ad omnia undique infesta, ut iter
5 semper aliquod praeparatum fugae haberet, septem exitus e domo fecerat, et
ex iis quosdam occultos, ne custodia saeparentur. Sed grave imperium regum
nihil inexploratum, quod vestigari volunt, efficit. Totius circuitum domus ita
custodiis complexi sunt, ut nemo inde elabi posset.

Hannibal, postquam est nuntiatum milites regios in vestibulo esse, postico,
10 quod devium maxime atque occultissimi exitus erat, fugere conatus, ut id
quoque occursu militum obsaeptum sensit et omnia circa clausa custodiis
dispositis esse, venenum, quod multo ante praeparatum ad tales habebat
casus, poposcit. ‘Liberemus’ inquit ‘diuturna cura populum Romanum,
quando mortem senis exspectare longum censem. Nec magnam nec

15 memorabilem ex inermi prodiisque Flamininus victoriam feret. Mores
quidem populi Romani quantum mutaverint, vel hic dies argumento erit.

Horum patres Pyrrho regi, hosti armato, exercitum in Italia habenti, ut a
veneno caveret, praedixerunt; hi legatum consularem, qui auctor esset

Prusiae per scelus occidendi hospitis, miserunt.' Exsecratus deinde in caput

20 regnumque Prusiae et hospitales deos violatae ab eo fidei testes invocans

poculum exhausit. Hic vitae exitus fuit Hannibal. 39.51.4-12



Titus Livius : * ± 59 v.C. , † 17 n.C.

Ab Urbe Condita (142 boeken, waarvan 35 bewaard).

Livius werd geboren in **Patavium**, het huidige Padua in Noord-Italië, in 59 v.Chr. Andere bronnen zeggen dat hij ook geboren kan zijn in 64 v.Chr. Zijn jeugd speelde zich dus af in de woelige periode van burgeroorlogen tussen Caesar en Pompeius en later tussen Octavianus en Antonius. Livius behoorde tot een rijke familie. Hierdoor kreeg hij een goede opleiding in de Grieks-Latijnse literatuur, de retorica en de filosofie. Hij studeerde eerst in Padua en later in Rome. Hij begaf zich pas naar Rome toen hij reeds lang de volwassenheid had bereikt. Vermoedelijk was dit toen Octavianus had gezorgd voor orde en rust in Rome. Een deel van zijn leven bleef hij in Rome. Daar begon hij wellicht ook aan zijn levenswerk: de geschiedenis van Rome te beschrijven, vanaf de stichting van de stad tot aan zijn eigen tijd, een ontzaglijk werk, dat hij in veertigjarige onafgebroken werkzaamheid heeft volbracht.

Er is vrijwel niets bekend over het karakter van Titus Livius. Op basis van zijn reputatie vermoedt men dat Livius een eerlijke en oprechte man was. Bovendien was hij patriottische schrijver.

Livius raakte bevriend met **Gaius Iulius Caesar Octavianus** die vier jaar later met de titel Augustus de eerste Romeinse keizer zou worden. Livius onderhield goede betrekkingen met het gehele hof. Augustus en Titus hadden immers hetzelfde doel: het Romeinse volk normen en waarden bij brengen. Na de wrecheden van de burgeroorlogen was het tijd om de waarden van de oude Romeinen in ere te herstellen, met deugden als waardigheid, ernst, soberheid, trouw aan het gegeven woord en respect voor de (voor)ouders, het vaderland en de goden. Ook Livius wilde zijn lezers de grootheid van het vroegere Rome voorhouden: hoe een kleine staat door dapperheid en plightsbesef tot een wereldrijk was uitgegroeid. Voor hem konden de volkshelden van het ‘oude’ Rome niet genoeg geroemd worden. Zijn werk werd dan ook eerder een verheerlijking van de deugden waardoor het imperium gerealiseerd werd, dan een objectieve geschiedschrijving.

Later zou hij keizer Claudius geïnspireerd en aangespoord hebben tot het schrijven van historische werken. Livius was een aanhanger van republikeinse idealen, wat waarschijnlijk ook te zien was in zijn werk. Hij was een groot voorstander van Pompeius en had ook respect voor alle andere tegenstanders van Julius Caesar. Toch schijnt Livius zich nooit tot lage vleierij verlaagd te hebben: wij weten dat Augustus hem vanwege zijn republikeinse ideeën ironisch “Pompeiaan” noemde (dit is aanhanger van Pompeius). Geobsedeerd door zijn roeping wees Livius bewust elke vorm van politieke of militaire activiteit van de hand. Enkel de studie van de letteren kon hem interesseren.

Titus Livius heeft vele boeken geschreven. Hij vond het verleden interessanter dan het heden en had dan ook een pessimistische kijk op het heden.

Livius had minstens één zoon en één dochter. Hij stierf in 17 n.Chr. in Patavium.

Titus was populair in zijn tijd, de schrijver Plinius Minor vertelt zelfs over een man die hem bezocht zou hebben. Zijn populariteit had hij te danken aan zijn manier van schrijven. Livius beschreef de Romeinse geschiedenis als iets waar de Romeinse burgers uit zijn tijd trots op konden zijn.

